

A *Ficosa est uxor, ficosa & ipse maritus.*
Filia ficosa est, & gener atque sober.
Nec dispensator, nec uillicus uero turpi,
Nec rigidus fessor, sed nec arator eget.
Cum sint ficosa pariter iuuenesque senesque:
Res mira est, ficos non habet unus ager.
U L C E R A A N I.

INNOCENTIVS exadvocatus vicarie praefecturae, Augustinum & fratrem ejus Alamanum deo fervientes, ut erat cum tota domo sua religiosissimus, ex Italia venientes, Carthagine suscepit. Curabat ut medicis propter fistulas, quas numerosas, atque perplexas habebat in posteriore, atque ima corporis parte. Jam sequebantur eum, & artis suae caetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa diuturnos & acerbos dolores. Sed unus inter multos sinus sefelliter medicos, atque ita laterat, ut eum non tangerent, quem sero aperire debuerant. Denique sanatis omnibus, quae aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Ergo cum etiam hunc sero aperiret, pios illos viros, Saturninum Uggellensem Episcopum, Gelosium presbyterum, & Diaconos Carthaginensis Ecclesiae (qui eum, sicut solebant, vespere visitabant) rogavit, ut mane dignarentur esse praesentes suo funeri potius quam dolori. Consolati sunt eum illi, & horati, ut in deo fideret, ejusque voluntatem virum litem ferret. Inde ad orationem ingressus sumus, inquit *D. Aug.* Ubi nobis ex morte genia sistentibus, atque incumbentibus terra, ille se ita projecit, tanquam fuisset aliquo impellente graviter prostratus, & cepit orare tanto cum animi impetu, & gemitu, & fluvio lacrymarum, & singultibus succutientibus omnia membra ejus, & penae interclaudentibus spiritum, ut ego profusus orare nil possem, & hoc tantummodo breviter in corde meo dicebam: Domine, quae tuorum precibus exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi jam posse, nisi ut exspiraret orando. Surreximus, & accepta ab Episcopo benedictione, discessimus. Cum illuxisset, aderant servi Dei, sicut se affluos esse promiserant. Ingressi sunt medici, parantur omnia, quae hora illa posebant. Nudatus locus, inspicit medicus, & finem inquit modis omnibus: invenit firmissimum cicatricem. Jam illa lacerata, & laus atque gratiarum actio misericordiae & omnipotentis Deo, quae fusa est ore omnium lacrymantibus gaudis, non est committenda meis verbis: cogitetur potius quam dicatur. *Aug. l. 22. de Civit. Dei c. 8.*

C O N C R E T U S A N U S.

Yaccam fuisse Petrinum, acceptissimum, cui cibi extremum extenuatum per vesicam transmittebatur, dissectusque anus denudat coalescebat prope, nec refecando evincere potuit vitium. Puerum ejusmodi natum in patria mea Joanni Ludovico Stellae vidimus, cui dissecta parte obducta, etiamnum superites est. *Cal. l. 4. c. 19. A. L.*

B R A C C H I, M A N U U M, D I G I T O R U M A F F E C T U S.

P R A E C I S I O M A N U S, D I G I T O R U M M U T I L A T I O.

CILICON sive Achæus, Miletum patriam prodiderat Priensibus, Cujus perfidiam lanus quidam Theagenes sic ultus est. Cilicon adit Theagenem in macello, empturus carnes. Lanus dissimulato odio, porrigit carniem partem, veluti relictus, quod sperasset. Cilicon profert dexteram, ex adverso retenturus carnes. Theagenes machara sublata, proditoris manum amputavit; ac ne id videretur errore factum, addidit: Ista saltem manu posthac non proditurus es ullam civitatem. Applaudatur lanus, quod impium pro dignitate tradidisset. Hinc adagium, Ciliconis exitium. *Suidas.*

C Y N E R I O A B E N T I E N S I I N P U G N A N A V A L I A D A T H E M I S I U M N A V E M P E R S I C A M D E C I N T E N T I D E C R U N C A T E F U E R E M A N U S.

HERODAS pollices ab Atheniensibus, ut classe potentes populus, in certamen maritimarum virum secum descendere nequiret. *Pal. l. 9. c. 2.* Quamvis *Cal. l. 15. c. 27. ex Aelian. l. 2. de var. hist.* causam aliam asserat, ut ne hactenus gestare possent, possent autem remis uti.

Alexander M. octingentos Græcos, qui olim capti a Persis, & praecisus manibus mutilati erant, humanissime excepit, & magnis numeribus consolatus est. *Suidas.*

Exploratori Carthaginensium, quid bello Punico secundo, biennium Romæ sefelleret, manus praecisa. *Sab. l. 1. Em. 5.*

Aldruba Rex capta Sicilia bellum pop. Rom. denunciavit. Adversus quem missus cum imperio Metellus, fudit eum praeco: in quo L. Gaucio, vir nobilis, dum Aldrubalis navem retinet, jacturam fecit manuum suarum: ut scribit Mithridates, a quo argumentum mutatus est Dionysius Siculus. *Plut. de Græcor. & Rom. comparat.*

D. M A R C U S quidam Eremita, ut sacerdotio reprobatus ha-

beretur, pollicem sibi amputasse dicitur. *Marul. l. 1. c. 6.*

An. 937. Siebertus, & Vitichindus scribit, eundam manum ferro praecisam, post annum dormientem restitutum fuisse, & locum conjunctionis sanguinea notari linea.

R O D O L F U S Sueciae Dux, amulus Imperii Henrici IV. Imp. dextra in praeco amputata perit. *Bonif. l. 3. dec. 1.*

M O Y S E S Bajazetis Turc. Reg. F. bello contra Mahometi fratrem, du Chalanæ Janazarorum ducem, qui ad fratrem defecerat, peremit, a servo Chalanis manu truncatus est. Calamitate ducis motus exercitus, ad Mahometum perisse defecit. *Chalcom. l. 4.*

L A C T A N T I O Florent. olim a secretis Clem. VII. postea vero Principis Florent. cum manus sinistra praecisa fuisset, & Nussia Medico dextra, dum simul fabularetur, quisque affirmabat, in trunco brachii sensum digitorum massisse, juxta nervorum in digitos descendendum ratione. Et quod mirabilis est, prout eos nervos in memoriam quasi digitorum vexante, alterius manus digitorum correspondentium icalpui cum ore prurium in nervis cessare solitum. *Cardan. de rer. var. l. 8. c. 44.*

An. 1498. Florentini Butrii aggressi, per deditioem oppidum cepere: omnibus tormentorum Magistris, ne amplius exercere artem possent, manus dextras praeciderunt, suaque cujusque collo pensata eos dimiserunt. *Bemb. l. 4. hist. Ven.*

H O R U C I U S Barbarusque F. pirata, Bugeæ oppugnans, tormenti sicut dextra amissa, ferream sibi fieri curavit. *Jovius. l. 33. hist.*

Nobili cuidam ad Druidas commissio praeco, vitulos tantum gladio militari ad dextrae manus externa parte articulum infixit erat, ut tendinibus, qui pollicem erigunt, plane resectis, etiam consolidata & pensata plaga, pollex intro inflexus & in manus volam demissus maneret, nec extendi & ferrigi possent, nisi forte vi revulsus ab altera manu, sed tum etiam statim revolvebatur. Itaque nec ensem ipse, nec pugionem, nec hastam capere, aut tractare poterat, armis omnino inutilis, sine quibus vita nulla putabatur. Cùm ex de amputato inutili illo & comprehensio officiente pollice me confileret, negavi, & theca ex ferro albo ipsi efformata curavi, in qua cum pollicis ipsi inderet, duobus loris ad armillas duas supra manus articulum sic artificiose theca illa vincita, & colligata firmabatur, ut intentus, et cunctis pollex maneret, ideoque militarium armorum genus omne capere & tractare possent. *Par. l. 22. c. 10.*

T U M O R.

Timocrates Heraclæotes, quum juvenis quidam ex agro Gnomio medioce pondus in urbem dextra manu tulisset, ob eamque impleta manus fuisset, jusse, ut pari pondere sinistram imposito tantumdem itineris conficeret: ita enim fore, ut manus tumor evanesceret. Qua re confecta, statim tumor cessavit. *Ori. l. 8. Med. coll. c. 19.*

E X T E N U A T I O.

HIEROBOAM Regis manus adversus Jadonem Prophetam, eum ob Idololatram reprehendentem, extenta, arida facta, sine supore resoluta est: sed precibus Jadon restituta. *Mar. l. 4. c. 4. & 3. Reg. 13.*

Christus quendam manum habentem aridam, die Sabbati in Synagoga sanitati restituit. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6.*

PICTORI cuidam Constantinopolitano anno 462. Christum Jovis forma pingere auso, repente manus exaruit, eumque scelus suum confestim, Gennadius Episcopus, qui jam pridem Anatolio successerat, precatione ad Deum facta, sanavit. *Sig. l. 4. Imp. occid.*

Expulsus Orthodoxis ab Hænerico Vandalorum Rege Ariano in agrum Uticensis ad labores durissimos, confessorio cuidam manu habentiarum, Christianos precibus conjunctis restitutum empertrasse, scribit *Vistor. l. 2. de perfec. Vand.*

D. BERN. Puerulo habenti manum brachii quatuor ab inuentu ætate, sanitatem restituit, eum pro illo orantem. *Auctor. vita.*

F R A C T U R A.

Cùm Ruslori quidam Principes Vilna venissent ad Casimirum Polonorum Regem, intromissi non sunt ad Regem. Cumque unus ex iis importunius urgeret, ac digitum fortibus paululum adaperit inseruisset, janitor cum attractis vehementius fortibus pressit & confrigit; sed facinus capite lux. *Crom. l. 29.*

D E B I L I T A S.

O C T A V I U S Caesar dextrae manus digitum salutarem, tam imbecillum interdem sentiebat, ut torpentem contractumque frigore, vix contra circuli supplemento scripturæ admoveeret.

R E S O L U T I O.

Tacitus ac Suetonius affirmant, se ab iis, qui viderunt, auditivis, Vespasianum Alexandriæ in Ægypto, initio imperii, quendam manu ceu dextrae debilitatum, pede tactum sanasse.

D I G I T I C O N N A T I.

H E R A S C U S fertur ex utero matris prodidisse, indice silentii digito

A digito labii admoto, quomodo Ægyptii fabulantur natum esse Orum, & ante Orum, Solem. Itaque cum is digitorum labiis adhereret, sectione illi fuit opus, & labrum semper incitum permansit, conspicuum omnibus signum arcanæ illius nativitatis. *Suidas.*

P E D U M A F F E C T U S. P R A E C I S I O.

HÆCISTRATUS Heleus aruxep, captus à Lacedæmoniis, & in vincula conjectus, quum ferratis soleis vincitus esset, dimidium pedem praecidit, ut se compediis illis eximeret: demum subtrito macro periculum effugit, deceptis excubitoribus. *Herod. in Calliope.*

Hannibal Romanos captivos, oneribus & itinere fessos, prima pedum parte fuscata relinquebat. *Pal. l. 9. c. 2.*

DIVITI cuidam Asiano quum pedes forent abscissi, qui frigoris nimietate computruissent per nives iter facienti, ut aliquo modo calamitatem leniret, ligneos sibi pedes conficiendos curavit, quibus subligatis interim etiam fervis innitens incederet. Sed ridiculus eo præcipue fuit, quod summa cura scienter politique confectas soles comparabat subinde, quibus lignos illos pedes præfulcigaret, veluti visenda plane res esset, lignum crepitis inductum. *Cal. l. 30. c. 15. A. L.*

Apud Septentrionalis populos si quis in castris adustione frigoris perpetuo debilitatus fuerit, eijuxta qualitatem honoris & generis, liberale subsidium, quo in reliquum tempus commodissime vivat, morte veteris militia deputatur ad sisco: quod & Principis munificentiam ampliatur. Pro remedio tamen adusti corporis in frigore, utnrum cinere pellis leporinae. *Olaus. l. 11. c. 27. Septem regionum.*

L U X A T I O.

DARIUS rex in venatione ab equo desiliens, talum luxavit. Ægyptii medici cum frustra remedia adhibuissent, Democedus tandem Cronotaria eum sanavit. *Herod. l. 3.*

F R A C T U R A.

Monachi Malmendenses, postquam frustra lacrymis & precibus liberam restitutionem sui cenobii à Cæsare, qui id Colonienis antistiti subjecerat, petissent: offa S. Remacii Redulm deferunt, mensaque regis convivium agentis imponunt: quæ onere fracta, crus pedesque Viri cuiusdam nobilis contrivit, qui tamen per intercessionem S. Remacii, implorata Dei ope, pristinam sanitatem ita recepit, ut ne cicatricis quidem ullum remaneret vestigium. Cumque etiam alia ad reliquias illas ederetur miracula, rex & ablata restituit, & munera monachis contulit, anno 1071. *Schafnaburgensis.*

V U L N E R A.

HERCULES à vulnere in coxa lanatus, quod in pugna prioris contra Hippocoentem acceperat, templum Coryleæ Aesculapio, in via, quæ à Sparta Therapam ducit, extruxit. *Paull. in Lacon.*

CAROLUS ZENUS Venetiarum dux contra Ligures clarissimus, cum vulnus accepisset in genu lethale, nec imposita medicamenta quicquam proficerent: ferunt, Gallogæ cum medicum fano genu medicamentum imposuisse, ex quo convaleuit. *Cardanus de Rev. var. l. 8. c. 44.*

I N F L A M M A T I O.

AGESILAUS rex Spartanorum, Megaræ exercitum ex agro Thebano reducens, dum ad curiam in arce scandit, convulsione & ingenti cruciatu sanum crum ejus corripuit, mox intumuit, & sanguine distentum apparuit, immanemque excitavit inflammationem. Cùm medicus quidam Syracenus venam ei secussit sub talo, dolores sedati sunt: cæterum copioso manante & prorumpente sanguine, qui sitti nequiret, vehemens animi defectus & præcepit inde periculum circumferret Agefilam. Suppreto tandem sanguine delatus Lacedæmonem, perditum imbecilla valetudine fuit. *Plut. in Agefilao.*

D O L O R.

Vide Tit. *Articularis morbi, Podagram quoque completentis.*

U L C E R A.

Cùm in tibia diu quidam ulcus haberet, vena superposita, quæ varicosior erat, excisa, illico quidem ex ulcere antiquo curatus est; sed quoniam incisione vena exempta est ulcus insanabile permansit. Deinde vero aliquanto post annum, cum unus præceptorum Galeni, quos Pergami habuit, Stratonicon nomine, Sabini Hippocroti discipulus, venam in cubito hominis secussit, spe cæcæque sanguinem crassum atrumque excerni, postero die rursus parum detraxit, tum tertio & quarto similiter parum. Cumque aliis tri-

bus medicamine atrum humorem evocante purgasset, atque E ei victum boni succi præmolitus esset, ad ulceris curationem descendit. *Galeni de Attribile l. 3. c. 4.*

T U M O R.

DEMONACTI seni crura intumuerant. Id videns quidam: Quid istuc, inquit, mali est Demonax? Tum ille: Charon, inquit, me momordit. Pro cane dixit Charontem: innotens senectutem morti vicinam. *Eras. l. 8. Apoph.*

JOACHIMO Kobel Saxoni, Scheuincensi præfecto, in sinistro crure steatoma enarum ultra duravit, absque dolore. Illud cum in equestri certamine graviter offendisset, inflammatione vehemente coorta, tumor tandem apertus, lapidem avellane magnitudine, angulorum, rotundum tamen & spadicum, cum pellicula sanie plena exhibuit. *Jo. Kentmannus de Calculis hum. corp.*

R E S O L U T I O S C E L E T Y R B E.

Consule Tit. *Paralyticus.*

A F F E C T U S P A R T I U M C O R P O R I S.

A R T I C U L O R U M D O L O R.

N E R V O R U M.

R E S O L U T I O, P A R A L Y S I.

Quum SPEUSIPPUS paralyti resolutus, vehiculo deportaretur in Academiam, ac Diogeni forte obvio dixisset, *παρὰ*, respondit: At non tu, qui ad istum affectum modum sustineas vivere. Cynicis sentiens, esse veri philosophi, sponte mortem asciscere, postea quam desit esse usui ad vitam humanam. Idque fecit postea Speusippus. *Eras. l. 3. Apoph.*

Eundem crucibus resolutum Diogenes hortabatur, ut seipsum vita privaret. Cui ille: Non crucibus, inquit, vivimus, sed mente. *Stob. ferm. 116.*

SERVULUS mendicus, ut in homeliis & in dialogis Gregorii refertur, toto vite tempore paralyti laboravit. In doloris accessibus Deo gratias agere, hymnos cantare, & concitatore quodam spiritu aliquid de Scripturis, quod audiendo didicerat, recitare solebat. *Marul. l. 5. c. 2.*

SIDERATUS quidam altera corporis parte ab Adriano Imper. stipem petebat, *l. 1. Epigr. amm.*

Ημερώς τὸν τῆς καὶ δ' ἡμερο ἡμῶς ἐλάττω
Σάου μῆ, βασιλῆ, μισαὶνὸν ἡμῶν.

Respondit *Adrianus:*

Ἀπορίτης ἀνάγει, ἢ πῆρῆς, ἢ παρόδοντα
τὸν ἄν' ἐπ' ἐσθρον, τὸ δ' ἀπελάττω.

AVICENNA scribit, fuisse quendam, qui, quum veller, corpus suum paralyti oblectabat: nec à noxiis feriebatur animalibus, nisi quum ea ipse cogeret; quæ tamen mox intermorerentur. *Cal. l. 20. c. 16. A. L.*

PONTANUS scribit, Mattheum Aquilanum pedibus & manibus captum fuisse: neque tamen à Theologia & Philosophiæ professione destitisse.

GEORGIVS Fronspergus, Germanorum in Italia Caroli V. nomine dux, aureum laqueum, quem sinu deferebat, Pontifici, & totidem singulis Senatoribus purpureos sericos, ut se carnifice necarentur, comminatus, in paralytum incidit. Hunc Alfonso Atefinus dux Ferrariæ curandum medicis Ferrariam devehit jussit, contulique ei liberaliter cuncta Hospitalis amicitiae officia. Quæ benignitate tanquam impetiviva invidioaque Clemens VII. Pontifex non mediocriter est offensus. *Jovius in Alfonso Atefino.*

C u r a t i o m i r a c u l o s a.

Jesus Christus Centurionis Capharnaitani famulum paralyticum solo sanavit verbo abiens, cum Centurio indignum se fateretur, sub cuius tectum Dominus ingrederetur. *Matth. 8. Luca 4.*

In urbe Capharnaum Paralyticum per tectum domus fubinus demissum Christus curavit. *Marc. 2. Matthæi 9. Luca 5.*

Mulierem, quæ XVII. annis spiritum infirmitatis habuerat, & contracta erat, Christus in synagoga sabbaro curavit manuum impositione. *Luca 13.*

Paulus Apostolus Lyddæ Enaxam octo jam annos in grabato jacentem paralyticum in nomine Christi sanavit. *Actorum 9.*

A **JUDÆI** quidam ex multis annis paralytici lecto decubuerat. Quem cum nec medicorum ars, nec Judæorum preces sublevare valuissent: tandem ad Christianorum baptismum confugit, quo tempore Episcopatum Constantino-poli administravit. **Aticus**, Jo: Chrysolomi successit. Qui in fide prius Judæum inditutum, & de spe in Christi auxilium edoctum, deportati cum lecto ad colymbethram, sive baptisterium iussit: ubi baptismum sine cruce consecutus, & colymbetha baptisterii susceptus, à morbo subito liberatus, inter sanos egit. *Socrat. l. 7. c. 4.*

Gazanus Majomites haud longè à monasterio D. Hilario-nis, lapides ad ædificandum de ora maris eudens, totus paralyti dissolutus, & ab operis locis delatus ad Sanctum, statim ad opus reversus est. *Hier. in vita Hilario-nis.*

Quodam die Hilario in Cypro insula solitarius vivens, egressus hortulum, vidit hominem toto corpore paralyti-cum jacentem ante fores: interrogavitque Helychium, qui-nam esset, vel quomodo fuisset adductus: At is respondens ait: procuratorem fuisse villulæ, ad ejus confinia hor-tulus quoque, in quo ipsi erant, pertineret. At ille colla-chrymans, tendensque ad jacentem, manum: Tibi (inquit) dico, In nomine Domini nostri Jesu Christi surge & ambula. Mira velocitas! Adhuc verba in ore loquentis vol-vebant, & jam membra solidata ad stantum hominem surrigebant. *Hier. in vita Hilario-nis.*

Ad diem festum Albini Andegaven-sis Episcopi, cum para-lyticus quidam curru vectus adesset, in somnis per noctem vidit ad se venientem virum, ac dicentem: Hora tertia sur-ge, & basilicam ingredere: futurum enim est, ut ea hora Martinus cum Albino ingrediat: Si eo momento adferis sanitatem recuperabis. Quod ita factum esse, multis idip-sium spectantibus, sicuti fuerat ei in somnis prædictum, *Greg. Turon. c. 96. de glor. Confessor. confirmat.*

Presbyter quidam paralyticus ad Dunstani Cantuarien-sis Archiepiscopi tumbam delatus, statim sanitati restitutus est. At cum inter pocula id beneficii Deo per S. Dunstanum largienti adscribere noller, pristino morbo correptus con-cidit, & horrendo boatu spiritum emisit. *Vinc. l. 24. c. 95.*

Gandavi, anno 1010. ad corpus S. Bavonis, quod tum forte transferabatur, Mensuivindis puella Antverpiensis pa-ralysi liberata est. *Jacob. Mejer. in Chron. Fland.*

D. Bernardus ad ripam Rheni, in vico qui Bobardus dicitur, Paralyticum sibi oblatum sanitati restituit. *Auctor vite.*

In Hispanis Alberto fabio, in loco cui nomen est Supe-radam, paralytico abiens D. Bernardus opem tulit. Nam eadem hora, cum in Claravalle pro ipso orasset, convalescit. Tolose clericum quendam regularium S. Saturnini, para-lyticum, moribundum, & jam animam agentem, sanavit, ubi primum hoc modo orasset: Quid expectas, Domine Deus? Generatio hæc signa querit: Altoquin minus apud eos nostris verbis proficeremus, nisi ab te fuerint confir-mata signis sequentibus. *Auctor vite.*

Senex quidam paralyticus, homo notus & honoratus, Francofurti à D. Bernardo Claravallense Abbate post brevissi-mum precationis carmen sanatus est. Illo vero validè abeunte, cum alii quidam lectulum, in quo delatus fuerat, tollere vellent, tum tevocans cum unus ex circumstantibus, Hogo Tullensis Ecclesie Archidiaconus, Evangelicis paralyticis re-cordatus: Non sic, inquit, non sic inanis abibus: tolle geabarum tuum, & ambula: atque imposito in humeros **D** ejus lectulo dimisit, univerfo, qui intererat, populo accla-mante, ac Deum magnificentissimis laudibus effereute. *Sig-gon. l. 11. regni Ital.*

DOLOR.

CAROLUS Navarrensis rex, Christi anno 1386. cum senio confectus, nervorum quoque dolore laboraret (*Emil. l. 6.* ut libidine exhaustum corpus refeceret) medicis ita suaden-tibus; assu-torio corpori linteum aqua (quæ viva dicitur) persufum iussit. Cum autem qui linteum confecerat, can-dela igne arumpere solum peracto opere vellet, & parum consideratè linteum lumine contigeret, statim totum con-cepto igne exaruit: neque ante fertè opem quicquam potuit, quam re combustus est: cum pedes ac manus lintri involu-tione vinctus, unam tantum linguam movere posset. *Engel-si. l. 9. c. 12.*

TREMOR.

CLAUDIO Cæsari, quum impropera foret valetudine, & tremulum erat caput, tremule item manus, quon lingua etiam titubabat, primumque Romanorum *diippo* est usus *veras* 679. Nam antea Augustus ac Tiberius in Scimpodiis, quando te-

rebantur, cujusmodi mulieres quoque vel nunc. Scimpodion præterea *καταστροφον* nominat itidem historicus, in quo ex debilitate ferri solum scribit Severum, Britanniam dum obiret. *Cal. l. 27. c. 15.*

In urbe regia Cappadocia Mazaca sive Cæsarea, cum mari viduæ decem liberi, septem matres, tres feminae, parum obtemperarent, ab ea diris devoti, & membris omnium tremore horrendo correpti, per orbem vagi: duo ex illis; Paulus & Palladia, auro monumentum S. Stephani martyris sanitatem suam consecuti. *Ang. l. 22. de Civit. Dei, c. 8. ocularis testis.*

Filius Bernardini Kometi lignorum mercatoris Medio-lani, annorum trium, cum ex febre & convulsione convalesceret, tanta sub femoribus distentio ac palpitatione relicta est, ut immotis pedibus corpus perpetuò resiliiret, velut in circulatoribus quibusdam. *Cardan. de Subtilit. lib. de homi-nis necess. & forma.*

CUTIS. PUTA

Scabies.

In scabiosum Polygionem in thermarum folio constituitur **A** *Aufonius* sic ludit:

*Principio tremulis gannitibus æra pulsata,
Verbaque lascivos meretricum imitantia cætos
Vibrat, & obscena numeros pruriginis implet.
Brachia deinde rotat, velut enteba demone Menas:
Pectus, crura, latus, ventrem, femora, inguina, suras,
Tergum, colla, humeros, luteæ Symplegadis antrum,
Tam diversa locis vaga carnificina pererrat,
Donec marcentem calidiferrone lavacri
Blandus lethali solvat addecidene morbus.*

Varia.

CAROLUS VIII Gallie rex, bellum in Aragonis partans, eo morbo, quas variolas nostri vocant (veteres papulas ap-pellabant) correptus, Atque mensum unum morari coactus est. *Gualtieri. & Iovius l. 1.*

AFFECTUS sive AFFECTIONES.

CORPORIS NATURALES.

Querantur sub propriis Titulis.

AFFECTUS ANIMI.

Consulatur Tit. de Patientia. Item de ipsi Affectibus in particulari, puta Gaudio, Ira, Timore, &c. in ti-tulis particularibus, & sub finem hujus Tituli.

NON OBNOXIUM ANIMI AFFECTIBUS.

Non hic de moderazione affectuum, quæ a recta provenit ratione, loquimur: sed de ipsa animi tranquillitate, & quadam velut vacuitate perturbatiomm. Ex Tit. Gra-vitatis in utraque fortuna, exempla quadam hinc loco com-moda per se possent. Illic virtutis moderantis *αδελφον*, hic affectuum, quos illa moderatur, ratio habetur.

Christus Jesus cui deitatis ratione in divino Theatro prin-ceps debetur locus) unigenitus ille Dei filius, sed qui, ut hominem redimeret, homo etiam esse voluit, nunquam tri-ssile dicitur. Idem in seipsum spiritum, ingenuitque: flevit autem nonnunquam. Qui affectus estis hominum sunt, atq; moderati nisi in vere sapientem non cadunt. Sed ceteros ho-mines aut ars, aut natura effinxit: ipse, qui Deus fuit, ta-lis quidem esse voluit. *Sab. l. 7. c. 4. & l. 4. c. 10.*

Suidas Homerum cæcum putat appellatum, quod affectibus non succumberet. Ut enim Heraclitus in eum qui ex-cæcavit, ut clausis oculorum janus divitcularia philoso-phandi omnia excluderet: ita Homerum per oculos iomen-ta affectuum ad animum non transtulisse, nisi rationis prius imperio excussa. Oculis igitur caruisse videtur, qui oculo-rum illecebris nunquam victus esset. *Gul. Canterus.*

Socrates, qui Delphico oraculo sapientissimus omnium judicatus est, nec fuit in tota vita, nec flevit: quin uno sem-per eodemque vultu visus: ad eum mirum videtur, quod eximiam illam animi temperentiam, neque nuptialis lætitia variatus potuit, neque tristitia illius diei quo. venenum hau-tit. Usque ad eam naturam illa omni perturbatione caruit. Quod eò majore sit admiratione dignum, quod insolentior fuit illi conjux, filique solidiores, quam ceteris. *Laert. l. 2. c. 5. Solimis. l. 4. Sab. l. 4. c. 10. & l. 1. c. 1. Exempl.*

In

A In Phocione Atheniensi idem oris habitus semper obser-vatus est: non ridere, non flere: quicumque vero temere vi-dit: tanta in eo fuit observantia decori. *Sabel. lib. 4. c. 10. ex Plut. Apophtheg.*

HERACLITUS Epheus, & Diogenes Cynicus philosophi nihil unquam de rigore animi remiserunt, calcatisque tur-binibus fortuitorum, adversus omnem dolorem & misera-riam uniformi duravere proposito. *Solinus cap. 4. Polybist. & Laert.*

Benus in Ægypto monasticis ordinibus præfuit, celestis prophetæ dono: nunquam ita, aut jurare, aut mentiri, vel leve aliquid, vel præfractum, vel dejectum dicere visus est. *Sozom. lib. 6. cap. 28.*

OBNOXIUM ANIMI AFFECTIBUS.

Consule Tit. Impotentia in utraque fortuna.

Neptunus ad Minervam, subito factam amicam Trojanis, & hostem Grecis, propter supratam Cassandram ab Ajace in templo Minervæ (solent autem poete ex suis moribus Deo-rum perturbaciones fingere) sic ait apud *Eurip. in Troad.*

Μακρὸν τὸ νῆας, & γυναικὸς, ἢ δὲ τὸ γῆρας.

Odissi nimis, & amasti quemcumque natus fueris.
HOMERUS poeta cæcus fuisse traditur à Vellejo, non cor-poris oculis, sed quod suipius animi desideria parum vince-ret, quæ quidem ex oculis præcipue concipere animas soler. Alii, quod cum filius orbatus esset, eorum desiderium orbita-temque haud facile ferret. *Gyraldus Dial. 2. de Poet. historia.*

AFFECTUS DOMANDI.

EXEMPLA ET APOPTHEGMATA.

FRANCISCUS Borgia, dum præfente fe quempiam de vite sanctitate innocentiæque laudari audiret, illud unum ino-nabant: Talis erit, qui sevincere nonder. Sontis insontique vite causam in affectus projiciens. *Ex lib. 4. vite ejusdem cap. 5. Beyerlinck in apoph. Christ.*

IDEM, cum intellexisset Carolum V. ætate jam & labore festum, rebus imperii feliciter transactis, se in cœnobium ce-cessisse: O magnum virum, inquit, qui cum de hostibus to-petri triumpharet, tandem seipsum vicereit! *Ribad. in vita ejusd. lib. 2. cap. 14. Beyerl. ibid.*

SENEX Religiosus hortum cupressis confutum cum disci-pulis suis obambulante solitus, eis, ut teneriores evellere primium, tum magis annosas, præcipit. Quibus dicto ob-temperantibus, ita ad eos senior: Hoc modo affectus nostri dum renelli, facile extirpantur; ubi verò radices egerint, difficillimè. *Dorothe. doct. 11. Idem ibid.*

Venerat Mediolanum Petrus Adrobandinus Card. ora-tor ab Apostolica sede missus: rogatusque à Margarita Au-striz Regina (ad ejus triumphalem ingressum plurima e-rant expressa simulacra) quinam Regum omnium videretur sibi maxime: Qui, respondit, libentius sibi, quam aliis im-perat; hoc imperium verè possidet, qui nunquam in alia fortuna est alius. *Hem. Farnesius in apoph. de Principe. Beyerl. supra.*

Idem dicebat, Felicitatis fabrica in temperandis affectibus sita est: Virtus enim & vitium, ex affectu æstimatur. *Ibid.*

VENCESLAUS Dux Bohemiz, hæc animi equitate etiam Philosopherum moderationem admirantibus qui aderant: Malm, dicebat, ut frater Deo sanguinis reddat rationem, quam si ego in fratrem manus iniecerò, & frater-næ neis causam apud Deum dicere compellerer. Stupen-da animi tranquillitas, & affectuum dominium: cui si Archi-tæ, aut Platonis, Stasyppive modesta conferretur; jocus li-dibundumque, ac veluti pueriles ludii inter vitæ actiones vi-debuntur. *Eulz. lib. 4. Beyerl. supra.*

THEALES Milesius rogatus, Quisnam felix dicens esset? respondit: Qui corpore sanus est, animo verò castus. Senit affectus esse animi morbos. *Laert.*

CATO major illum Imperatorem dicebat optimum, qui affectibus imperaret. *Plut.*

Idem adhibetur Alphonso Aragonum Regi, apud *Pa-normis. lib. 2. gest. ejus.*

Idemque dixisse ferunt, si natus fuisset temporibus Roma-norum; quod Jovi Positorio templum posuisset propè curiam, in quod Senatores privatos affectus deponerent, ante-quam in illam ascenderent. *Idem lib. 3.*

DEMONAX videns quandam servum suum virgine cedentem Desine, ait, te servo tuo similem reddere. Servus siquidem est qui affectibus suis imperare nescit. *Eras. in Chelid. lib. 8.*

DIOGENES gloriantium cuidam se in ludis Pithiis vincere vi-ros: Ego viros, inquit, tu mancipia. Lufit affinitate vocis que est inter *δούλος* & *ἀσπασίνδα*, & appellabat mancipia quicumque servirent cupiditatibus. *Laert. lib. 6.*

Eleganter Boet. de consolatione Philos. lib. 1. affectuum im-pedimenta & effectus varios describit,

*Nubilis aris,
Candida nullum
Fundere possunt
Sidera lumen.
Si mare volvens
Turbidus aufer
Vitrea dudum
Parque serenis
Vnda diebus
Max resoluta
Sordida ceno
Visibus obstat:
Quique vagatur
Montibus alis
Destitit annis
Sæpe resisit
Rupe solus
Opice saxi.
Tu quoque seruis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,
Pelle timorem,
Spemque fugato,
Nec dolor adfit.
Nubila mens est,
Vintlaque frenis,
Hæc ubi regnant.*

Horatii monitum est Ode lib. 2.

*Latus regnes avidum domando
Spiritus, quam si Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pama*

*Serviat uni.
Animi affectiones, ebrietatis speciem præbere
Ebrictas a me procul est (hoc dicit in horas)
Nec nimio est unquam mens mea mot a mero.
Quid tum? si spectus tenet insaturata cupido,
Ire si ratio dat tuavilla locum?
Silevibus caussis alios incesis, erisne
Sobrius, exigui sis licet ipse meri?
Sobrius esse potest, ratio quem deserit omnis:
Nec madaida ebrietas, nec mihi sicca placet.*

AFFECTIO ANIMÆ.

Quæ & Passio: & passio.

AFFECTIO seu passio homonymos dicitur: nam passio dicitur corporis, ut agritudines, & vulnera; dicitur rursus passio & anime, ut concupiscentia & ira. Est autem communitè & generaliter animæ passio, quæ & affectus animalis, quam voluptas comitatur aut tristitia. Sequitur etiam passionem tristitia, at non est tristitia ipsa passio: nam cum insensibilia patiuntur, non dolent: non est igitur passio dolor, sed passionis sensus. *Ioan. Damasc. 2. de Orthod. fide.*

DIVISIO.

Cum binas humana animata Aristotelis quàm Platonis sententia partes sortita sit, rationalem & rationis expertem: sicut ex rationali parte omnis honorabilis ac laudabilis emanat sensus, ita ex irrationabili nascitur affectus, quod Græcè *παθος* appellant; sed nostri modo affectum, modo affectionem, modo perturbationem, aliquando morbum, Notetici passionem, & appetitum dicunt.

Constituunt autem genera affectuum, & exandescantiam & cupiditatem, & secuti Platonem & Aristotelem rursus ex-cande-

A precaretur, responsum accepit: Ille stella micans est, nec expedit, sanitate corporis obsecrari animam ejus. Certavit, & cursum consummavit: nihil jam superest, nisi ut a me coronetur. Et hoc tibi signum erit, quod ab hac hora mitescent dolores corporis tui, quod enim anima ejus prorsus ardet igne divini amoris. Non diu post Theologus ille est vita decessit. Vita ejus c. 21. *Serius.*

Neque ad castitatem continentiamque conservandam solium confert afflictio; verum etiam ad bene beatæque in hoc seculo vivendum. Docet id D. Bernardus; qui sæculi ludibria abnuens, divino impulsu Spiritu, cum fratre, & quocumque poterat, ad religiosam vitam adhortaretur, unus Gerardus ejus Germanus, cæteris, ut apparebat, prudentior, non acquiescebat; cui vitæ sanctus: Scio, scio, sola vexatio intellectum dabit auditum; quod & factum nam non ita diu post graviter ictu lanceæ faucibus, mortem præsentem veritus, inlamar: Monachus sum Cistercensis. Quo Bernardus intellecto, Sciebam, inquebat, quod durum ei esset contra stimulum calcitrare. In vita ejusdem cap. 3.

Rogatus à quodam sodalium S. Egidius: Quid nobis agendum, frater, si tribulationes ingruant? respondit: Licet lapides & saxa de celo pluerit Dominus, non nocent nobis, si tales fuerimus, quales nos ille requirit; insinuans quod in *Odys Horatius:*

*Insulam & tenacem propositi virum,
Non civium ardor præcipua jumentum,
Non vulnus instantis Tyranni,
Mente quatit solida. — &c.*

Ex sent. aureis ejusdem.

Lascivientis carnis stimulos perferentis Macarius Alexandrinus, sermo de illis refrenandis cogitabat. Neque præsentium remedium corporis afflictione ratus, sacrum arena ruderibusque oppletum humeris per vilas deferret. Cui Theofebus obviam factus, eum rogasset, Quid agis Macari? ille, Vexatorem, respondit, meum vexo. Utinam in hoc incumberet lasciva hujus ætatis juvenctus, & luce menti illud Ethnici inculperet:

*Otia si tollas, perire Cupidinis artes.
Pall. in hist. Lausaca c. 20.*

Ad alium non minus illustrem transgredior, corpus suum variè affligentem, Franciscum Borgiam. Qui dum à focis, cur id ageret, rogaretur: Belluam istam, inquit (eo nomine corpus honorabat) plorat jubeo, ut quam deliciis voluptatem cepit palatum, eandem abstinentiam amittat, excipiatque. *Lib. 4. vitæ ejus cap. 5. Schottus.*

Idem amici nomine appellare solitus ea omnia, quæ ad corporis afflictionem conducebant: hinc si per solis ardorem, aut humoris aspera frigora, itinerumque anfractus proficerebatur, illud identidem ingeminabat: Quam bellè me juvant amici mei! mente apprehendens æternam illam coronam, non nisi legitime decertant conferendam. *Ibid.*

AFFLICTIONUM CAUSÆ, PECCATA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

PROTOPLASTES simul ac peccavit in Paradiso, eodem ejicitur, cuque prædicatur, quod in sudore vultus sui vescetur pane suo, &c. Et Evæ conjugii, quod in dolore sit paritura filios suos: multique afflictionibus illico traditi fuerunt, accepta Paradisi voluptate & deliciis indigni. *Gen. c. 3.*

Etiã Cain ob fratricidium perpetratum, vagus ac profugus in terra fuit, & à facie Dei ejectus, timens, ne à quocumque inveniretur, trucidaretur. *Ibid. c. 4.*

Percussit Deus Pharaonem & domum ejus plagis multis, propter Saram uxorem Abraham, cum qua quidem adulterium non commiserat, sed quam vi rapi jussisset. *Ibid. c. 22.*

FRATRES Joseph venientes in Ægyptum, dum ex composito eos Joseph affligeret, dicebant ad invicem: Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, &c. Idcirco venis super nos ista tribulatio. Ex quibus unus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audistis me? En sanguis ejus exquiritur. *Ibid. c. 42.*

Quoties Hebræi à Deo percussi leguntur propter inobedientiam, idololatriam, & fornicationes, nunc immixtis in eos ignitis serpentibus, nunc peste, nunc gladio inimicorum, nunc aliis afflictionum generibus?

Etiã in nova lege frequenter Dominum injunxisse legitur illis, quos miraculo curaverat, ne deinceps peccarent, ne deterius illis quid eveniret. Insinuans, afflictionum causam esse peccatum. Unde & discipuli eum interrogabant de cæco nato: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur? *Joan. c. 9.*

Consule Hieronymum, interitus. Peccatum. Afflictio. Experimentum Iustorum. Consule Tit. de tribulatione.

* Africa. Africani.

UNDE DICTI?

AFRICAM nomen fumpsisse ab Afro filio Abraham, quem ex Cethura, mortua Sara, genuit, & hunc nomen Africæ urbi & genti dedisse, ex Alexandro Polyhistor, & Cleomede, docet Iosephus l. 1. c. 16. Antiqua. Solimus & alii volunt dictam Africam ab Aphro, Lybis & Herculis filio. Servius verò, quod nullum ibi sit opus, id est, gelu. Isidorus Africam quasi Aptricam vult dici. Leo Africanus Arabicam vocem exilitam: Aphrak namque separare significat. Africa autem ab Europa mari mediterraneo, ab Asia Nilo separatur.

Africæ Legislatores. Vide Tit. Legislatores. Africæ Reges. Vide Magistratus Chronologicè consideratus.

Africus.

Quare Ventus.

* Agape.

QUID, ET QUIS USUS?

AGAPE, sive Græcis ἀγάπη, convivium erat, sive communis cœna, quam in primitiva Ecclesia tempore Apostolorum celebrabant ante sumptam Eucharistiam, & vocatur à Paulo 1. Cor. 11. Cœna Dominica. Alia tamen exhibebatur postea à divitibus, pauperioribus Christianis, sumpta S. Synaxi, & reprehendit Paulus, quod in ea se inebriarent. Ita sentit Chrysostr. alique Græci, in commentariis: Etiã solenne erat Gentilibus à sacrificio epulum, ut est G. auctor qui de antiquis conviviis in scripturis. Et ex Scriptura constat, Judæis in solemnitate Paschali, & Scenopegia, ac hebdomadatum, præceptum fuisse, facere per dies septem sacrum epulum. Hæc autem est quam Prisci Patres Agapen nuncupant. Ita videre est apud Clementem Alexandrin. 2. Pedagog. c. 1. Tertullian. in Apolog. c. 39. & alibi.

Agapen autem Græcis idem quod dilectio. Unde Tertull. Apolog. 29. Cœna nostra de nomine rationem suam ostendit: vocatur ἀγάπη, quod dilectio penes Græcos est. Propter absum autem, qui irreprehenso, ejusmodi epuli usus abrogatum tandem fuit, existatque Canon 28. Concilii Laodiceni.

Ex hinc fortassis effluxit vulgaris omnium gentium phrasia, præsertim apud Christianos, ut qui alium invitat, dicatur facere charitatem. Cujus quidem vocis meminit Indus Apost. in epist. v. 12.

AGAPETÆ, mulieres erant olim, virgines quidem habitæ, quia viro non tradite; dicte à charitate (ἀγάπη) & adhererebant Ecclesiasticis, & ab iis eo nomine appellabantur. Quorum usum vehementer S. Hieronymus infestat, dum dicit, illorum, quibus erant conjunctæ, sine nuptiis sub alio nomine uxores fuisse, concubinas, metretices. Epist. 22. & Epist. ad Oceanum. Tom. 9.

Agafones.

Vide Opere Mechanicæ matrices circa curam animalium.

Aggeres.

Consule locum de Liberalitate sumptuaria.

AGERUM CONSTRUENDORUM INVENTUM. UNDE? Volunt Plinius, & alii qui de Architectura præclare scripserunt, aggerum construentium, & fundimentis opponendorum normam ab hirundinum industria primitus accep-

A acceptam. Mira siquidem hujus animalculi industria, dum nidum luto construit, stramento roborat ad lutariæ paleationis fornam; ac si quando evenit, ut luti copia desit, se totam aquis immergit, ut ita materie incubando, eam extendat. Cujus quidem industria argumentum exhibent in Heracleotico Ægypti ostio, ubi molem nidorum inexpugnabilem vaganti Nilo opponunt stadii unius spatium, tanquam aggerem: idque tanto robore, ut humano ingenio vix confici potuisset credatur. *Plin. l. 10. c. 33.*

Agilitas.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AGILITAS, Græcè ἁγρότης, est virtus quædam corporalis consistens in celeritate sive dexteritate se movendi, & circumagendi. Deducitur ab agilis, quod significat expeditum, & facile agentem. *Horatius:*

*Oderunt bilarem tristes, trifidemque jocos,
Sedatum celeres, agilem gravæque remissi.*

* Est in Beatis.

Dos est corporis gloriosa, sita in virtute quadam supernaturali, per quam Beati poterunt incomprehensibili celeritate movere corpora sua. Eritque vis hæc motiva qualitas animæ beatæ, cujus est movere corpus. De hac dote Paul. 1. Cor. 15. dicit: Seminatur corpus nostrum in infirmitate, resurgit in virtute, in divitiis, id est, in potentia.

In Homilibus.

AGILITAS IN ALIENO CORPORE

NON REPUGNANTE, MOVENDO.

TUM ATTOLLENDO, SUBLEVANDO.

Fabularum Judæi, filii Jacob patrem suum ad sepulchrum portantibus, filios Ægæi similiter suum patrem ad sepulchrum deferentes, cum magno comitatu eis occurrisset. Cumque utring; magnus esset exercitus, & singule partes sepulchrum sibi vendicare vellent, filium Dan montem ascendisse dicunt & tantæ magnitudinis præcidisse lapidem, quanta multitudo esse poterat totius exercitus Ægæi, ipsamque molem capiti impositam attulisse, ut super hostium cuneum eum projiciens, omnes uno profrenet ictu. Cumque adveniens jam ambos cuneos concordem invenisset, molem, quam attulerat, in mare projecit: cujus magnitudine aqua maris terminos suos excedens, duas civitates sui effusione subvertit; & ipsæ sunt, quas longo tempore post Pharaon Rex Ægypti filios Israel edificare præcepit. *Petrus Alphons. Tit. 1. contra Iud.*

Ex eorundem signento, Og Rex Basan, videns ingentem exercitum Israel, sexcenta scilicet milia, quatuor milia, & d. viros, à xx. annis, & supra, exceptis mulieribus & parvulis, molem inaudita magnitudinis capiti suo imposuit, & cum ea expeditionem totam profrenet voluit. Sed upupa avis minima molis ipsi insedit, & tandem rostro suo eam contudit, donec foramine magno iuxta quantitatem capitis ejusdem Regis peracto, moles caput transiens, in ejusdem humeris sublevisit. Capite autem sano, & toto corpore incolui, fortassis adhuc à collo sublevisit, nisi id auctorem subito denitum quantitas impediisset. Fox enim, ut lapis in collum descendit, dentes illi repente ita sunt audacti, quod cum voluit eum sublevare, minime potuit. Quod Moyses intuens (cujus corpus decem cubitos habitus, & rotidem ejus virgulae) se super terram in modum salentis decem cubitos erexit, ut eum in aliquo corporis loco cum virga percuteret. Cum in tantum erectus esset Moyses, virgæ tamen summitas, qua eum percutere intendebat, nequaquam ulterius attingere potuit, quam ad eum nodum, quo sua iungitur pedi, quæ vulgò cavilla vocatur. In quo quidem cum eum percussisset, continuo cadens expiravit. *Ibid.*

ALCIONES gigas Hercules, ad Isthmum Corinthi boveagentem, saxo petiit è mari Rubro sumpto, quod vix duodecim plaustra loco movere potuissent. At illud Hercules clava repulit, & illum occidit. Saxum decidens xxiv. homines oppressit in Isthmo, ubi agebant certamina. *Natalis Comes lib. 7. c. 1. Mythologia.*

THESESUS deposita à patre Ægei indicia (ensem videlicet & calceos, quæ Æthre Pitthei Trezeniorum Regis F. ex se pregnantem reliquerat, & ingenti saxo abdidit, hæc lege, ut si filium ex se edidisset, & in vitæ ætate adultus saxum valeret attollere & auferre relicta, eum ad se clam mitteret cum depositis) saxo remoto, ausultu, seque dignum Ægeo patre F. ostendit. Hinc nomen habuit, ut *Andros* diceretur. *Plin. in Theseo.*

BITON, cum pompa Nemæotum Jovi ab Argivis traduceretur, sublatus humeris bovem portavit. Eapropter statua ei dicata in templo Apollinis Lycii Argis, vir humeris taurum portans. *Pausan. in Corumbiatis.*

RUSTICELLUS, Hercules appellatus, mulum suum tollebat. *Varro testis apud Plin. l. 7. c. 20.*

Paulus Diac. scribit, Amelongum, Romualdi Longobardorum Regis militem, quendam Græcum equitatem ictu baculi sella excussisse, & in aera supra caput suum levasse.

PORTANDO.

SAMSON Israëlitarum Judex, hostili urbe deprehensus, ubi sub noctem vim sensit adversus se parati, dimolitus est portas urbis Gazæ, avulsisque postibus, in jugum montis detulit, quod hostili urbi imminerebat: statuitque in conspectu ætonitæ civitatis, ludibrium verius, quam trophæum. *Sab. lib. 1. cap. 5.*

Suum ipsius statuum dicitur Milo Crotoniates intra Altin suis humeris deportasse. *Pausan. in Eliacis.* Item bovem per Olympia deportasse, maclasse, comedisse.

EUTHYMUS pugil Locrensis, ex Italia, saxum miræ magnitudinis altarum humeris ante portam Locrensiam statuit, quod miraculi gratia visebatur. *Ælian. de varia hist. lib. 8. Plinius, & Pausan.*

THEGENES robustissimus athleta, etiamnum puer annorum novem, dum è ludo domum rediret, gneam statuum, cujus pulchritudine alliciebatur, è sede sua avulsit, & alteri humero impositam, domum portavit. *Pausan. in Eliacis l. 6.*

A. JUNIUS Valens centurio sub Augusto, utribus onustum plaustrum solus, dum deponeret onus, suffrenes poterat. *Plin. l. 7. c. 20.*

Plin. l. 7. c. 20. ait, se vidisse Athanarum quendam prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace indutum, cothurnisque quingentorum pondos calcatum, per scenam ingredi.

FUSTUS Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, ducentaria duobus humeris contra scalas ferebat. *Plin. l. 7. c. 20.*

PROMOVENDO NAVIM.

CURRUM.

MAXIMIANUS Thrax Imp. sæpè onustum plaustrum solus loco movit. *Capitolin.*

DEJICIENDO, FRANGENDO,

INCURVANDO.

SAMSON captus, apprehendens ambas columnas, quibus tota domus innitebatur, domum ruina dissipavit, in qua circiter tria milia utriusque sexus Principum Palæstinorum erant. Mortalium namque omnium fuit fortissimus, & quod magis miris, fuit robur illud homini in capillis: quibus defectis, vincens est, illusus ab iis, quibus terrori fuerat, ac sæpius exitio. *Sab. l. 7. c. 4. ex Iudicum 4.*

CLEOMENES Athypalensis, cum circa Epidaurum pugilem interfecisset, erepto victoriæ præmio, ludum puerorum ingressus, apprehensam manu columnam, quæ tectum sustentabat, concutiens, mediam fregit, & tectum dejecit. *Suidas, & Plutarchus. Sab. l. 3. c. 6.*

MAXIMINUS Imp. topheos lapides forabat digitis, dividebat majusculas arbores manibus. *Sabell. l. 10. c. 9. & Fulg. lib. 1. cap. 6.*

LEONE Philosopho imperante, Afotes vir celestis ferebatur, virgam ferream, manibus extrema tenens, confringere ac flectere posse, duritie ferri manum roboti cedente. *Cædr. H.*

UFFO majore erat corpore, quam ut armis uti posset alienis. Oblatis compluribus gladiis, manu capulum stringens, frustillatim singulos agitando comminuit. Nec erat tanti rigoris gladius, quem non ad primæ concussionis motum in varias partes frangeret. *Saxo Gram. lib. 4.*

MATTHEUS Magnus Vicecomes, tanto corporis robore præditus fuit, ut soles equorum ferreas dirumperet. *Arletus hist. Mediolanensis scilicet.*

CAMBURCA mater Frederici III. Imp. ea digitorum firmitate, ut sæpè digito uno juglandem vel ponitum nucent frangeret. *Cæsp.*

EMITTENDO, PROPELLENDO.

Pila.

Pilam.

Pila ludus apud veteres saltationis genus erat. *Consule Tit. Saltationis species. Item Tit. Pila certamina. Nos hic solum motum in alieno corpore movendo spectamus.*

Saxum

A GALEACIUS Bardassimus eques Siculus sub Alfonso seniore Neapolitanorum Rege, petiit armis reclusus, ephippio inter coxas accepto, ingenem equum crinibus apprehensis salu descendit, statimque nullis firmato vinculis ephippio, cum ad cursum adegit, coxatum ac crurum firmitate pro cingulis usus. Fulgosi lib. 3. cap. 2.

CAROLO V. Cæsari crura erant, venustissime extantibus rotis, trunci proportione directa. Quod tum maxime apparerebat, quum equo vheretur. Tanta enim ei inerat cum dignitate equitandi peritia, ut nullus eo armato, atque equum incitante & in gyrum reflectente, vel pulchrior, vel vividior, vel in ferendo armorum pondere potentior eques reperiri posse videretur. Jovius lib. 27.

Curus. Navem. Consule Tit. Aurigarum. MILTIADIS Cimons F. ex Eleunte Chersonnensi Thracie (quæ tunc Atheniensium ditionis erat) in Lemnum uno die delatus, insulam Atheniensibus adiecit, quod Pelasgi, qui insulam incolabant, ita demum se imperata fœdus multo ante dixissent, si navis vento Aquilone acta, uno die ex Attica in Lemnum perveniret; quod fieri non posse sciebant, quum Attica Australior multo sit, quam Lemnus. Herod. lib. 6.

Apud Siginnos, qui Persicè vivunt, quadrigas agitare, erat puellare studium. Nondum enim adulta virgo, quadrigas flectere & circumagere magna facilitate callebat, quibus hoc erat privilegio datum, ut quem vellet ex juvenute in virum deligere liceret. Alex. lib. 2. lib. 25.

Agellans animadvertens civium nonnullos in equis alendis totos esse, forori Cynise persuasit, ut consensu curæ ceterat in Olympis. Hoc pacto Græcis ostendere cupiens, id genus exercitamenta nullus esse veteris virtutis, nihilque aliud habere, quam opum & impendiorum ostentationem, eoque feminis esse digniora, quam viris. Plur. in Lacon. apoph.

DEJICIENDO.

Hominis. Consule Tit. Lutatiorum, quatenus adversarium retinentem dejecit.

TRITANUS Samius gladiator omnes adversarios levi tantum tactu prosternebat. Solinus cap. 4. Polybist. & Plinius lib. 17. cap. 20.

Beullus. MOSCOVITÆ cum uris indomitis, & effris, absque armis, solis viribus confisi congredi audent, usumque per aures arreptum tandem fatigant, donec protius debilitatum prostermant. Guag. in descript. Moscovia cap. 3.

FERIENDO.

Ex Tit. Pugilum, qui rixas, pugno ferunt adversarium, petant exempla.

REPELLENDO.

MARTIANUM, qui ex fabro ferrario imperium tenuit tam robustum fuisse ferunt, ut curus ex adverso nitentes uno tantum digito repulerit, & fortissimum quemque colliserit. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 26.

AGILITAS, PROMPTITUDO IN MOTU.

Huc confert Tit. Scurrarum & Praestigatorum, qui agilitate corporis freti, admiranda quadam & prestigis similia faciunt.

SALTANDO.

Sunt Paponæ staturæ mediæ, & corpore usque adeo agili, ut accincti phætrea & arcu, transmittant saltu sese per circulum diametri cubitalis. Tac. Zieglerus in Scandia.

PUGNANDO, FUGIENDO, INSECTANDO.

Lustiani mobili corpore, levique, ut facillè & fugiant hostem, & insequantur. In pace choreas levi saltu exercent, cum quadam crurum agilitate. Bella ad numerum aggrediuntur, Paena, cum hosti obviant, cantando. Diad. lib. 5. cap. 9.

FINNI libricorum stipitem celeri allapsu cursum intendere soliti, arbitraria velocitatis potentia rapiuntur, promptissimamque propinquitatis vel absentia facultatem obtinere creduntur. Mox enim ut hostem læserint, eadem celeritate qua subierunt avolant, nec proculsi languidius reditum tentant. Itaque & vehiculorum, & corporum agi-

litate instandi fugiendique expertissimam obtinent potestatem. Hac ratione victorem Regneri Danorum Regis exercitum homines imbelles, & vilissimi diu eluserunt potius quam sustinerent. Saxo lib. 9.

Bello Sclavico, quod Valdemarus Danorum rex & Henricus Saxonie dux societatis viribus gesserunt, Eskillus nobilissimus eques Danus militibus armis onustus, unum ex Sclavis inermem per palustria loca citato cursu fugientem pedibus infecutus, illius vestigiis limi molitie subdentibus, ipse nec voraginum illuvie, nec armorum onere depressus, occupatum barbarum capite truncavit: ac ne plantis quidem ceno infectis, solidam humum reperit. Quod factum potius celesti miraculo, quam humana virtuti imputandum fuit. Saxo lib. 14.

DISCURRENDO.

ORION Neptuni filius ex Euryale Minois filia natus fuit, cui concessum est, ut super fluctus curteret, perinde ac in terra super aristas ferretur, nec eas comminueret. Hyginius.

IPHICLUS, inquit Apollonii interpretes, Phylaci creditur & Clymenes filius. Eum cecinit Hesiodus tanta fuisse corporis agilitate, ac pedum celeritate, ut curteret in quinque diebus, hoc est, super triticeas aristas, nec oblaederet. Demaratus vero etiam per mare incessisse prodidit. Inde natum adagium, ut Iphicli agilitatem, pro celeri, inextinguibili que usurpemus. Indutum creditum nomen ex currente potestate. Cal. lib. 5. cap. 5. Antiq. Lect.

CAMILLA, Regina Volcorum, si Virgilio credimus, illas segetibus super spicas curtebat, & mare superabat nullis corporis patibus aqua tactis præter plantam pedum. Athen. lib. 7.

LADAS cursor Alexandri velocissimus, ut arenis pendebat nulla pedum vestigia extarent, sæpèque visum falleret. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 21. Martialis sæpè ejus meminit lib. 2. & 11. Iven. Saryr. 13. Solin. c. 6. Eius statua Argis in templo Apollinis Lycii posita. Paus. in Corinth. & Lacon.

HERALDUS Hybernus, Norvegiæ Rex, excepta liberalitate nullam ferè virtutem adeptus, corporis viribus fretus apud Helsingam oppidum pignote cum Erico III. Danorum Rege posito, cum lectissimis ejus equis cursu contendit, & duobus in certamen admittis, utroque metam prior tenuit. Geminis siquidem inter currentem bacillis innixus, G crebris corpus saltibus concitabat. Sæpè etiam inter navigandum è puppi exiliens, in proram per exerta remorum capita decucurrit, indeque cursu in aliud navigi latus reflexo, per reliquos remorum ordines, locum quo excesserat, repetivit. Qui si parem animi virtutem à natura traxisset, nequaquam sic inter implexus pellicis obruncandum dedisset. Saxo lib. 14.

EQUITANDO.

TOTILAS Gothorum Rex ad Apennium cum Narsete eunucho prælio decertaturus, in quo etiam perit, cupiens se hostibus ostentare, qualis quantisque esset, armis auto cæcatis indutus, equoque insignis magnitudinis, & magnificentè phalerato vectus, & purpurea regiaque veste ornatus processit. In medio autem campo, ut artem equestrem ostentaret, equum vario modo calcitrans concitando in orbem freno agiler egit, obequitandoque telum in auras præter diverberavit, & ipsum inversum ad terram delatum, momentoque temporis exceptum vibravit, & idem alternatim per manus transiit, & se super equum supinavit, & vicissim ad terram, & in latera inclinavit, atque hæc ludicia petagendo, à prima luce ad multum diu dedita opera tempus extraxit, donec equitum duo millia venerunt, quæ expectabat. Sigonius lib. 19. Imp. occid.

VOLATUS, PER AERA VECTI.

AI O P O B A T A I. Poetæ fabulantur, Dædalum inclusum Labyrintho, propter liberatum Theſeum, quum iudicium capitis expaveceret, alas sibi confixisse, eoque remigio una cum filio Icaro periculum evasisse. Verg. lib. 6. Eneid.

Dædalus (ut fama est) fugiens, Præperibus pennis ausus se credere celo, Inſuetum per iter gelidus enavit ad Arctos.

PERSEUS in Medusam certaturus, accepit à Mercurio talaria & enssem, quibus adminiculis per aerem ferebatur.

ABARIS SCYTA ad prædandum dicitur, quod emissis sagitta, quam ab Apolline acceperat, cum ea una ferretur. Herodot. Lamblicus.

MUSEUS poeta, Boreæ dono volitasse perhibetur. Paus. in Artibus.

Rome sub Cæsaribus inter spectacula populo exhibita productus est, qui per adventum pariterem felis modo repando scanderet: & qui fabricatus sibi alis, altiusculè terra volans, per aerem avis modo vheretur. Sub. lib. 10. c. 9.

NATATIO. NATANDI STUDIUM, USUS.

Quere locum proprium.

INCESSUS.

MAGNUS.

Magni corporis magnus quoque motus. Eapropter Homerus in Nocyomantia Achillis manibus motus granditatem vel iplo numero tribuit:

— Πυρρί 3 ποδῶν αἰχιδῶν
βῆ μεγάλη βίβασα δὲ ἀσπιδίων λειμῶνα.

TARDUS.

ANUS Plautina, tarditatem incessus excusans, ait se grave pondus gestare: Tantum, inquit, hoc oneris, quod sero. Quid oneris? Annos septuaginta quatuor. Erasim. in Adag.

ALEXIS comediarius scriptor jam extreme senectutis, quem lento incessu inambulans rogaretur à quodam, quid ageret? ἄπὸ δὲ βῆται, inquit, ἀσθίνουκα, id est pedetentim morior.

REPETITUS. DEAMBULATIO.

VETTONES in Hispania populi barbari, cum primùm Romanorum castra intrantes, quosdam Centuriones deambulationis causa in via progredientes reflecti cererent, insurrexerunt homines suspicati sunt. Itaque eis viam ad tabernacula commonstrabant, quasi semper aut quisecere aut pugnare necessarium arbitrantur. Strabo lib. 2.

NOCTURNUS.

SPARTANIS non permititur à cœna redeuntibus, domum vel alias ad lumen incedere, quod dicant in tenebris & nocte commeatere confidenter & intrepidè. Plut. in Lycurgo.

GLACIALIS.

ÆNEAS Sylvius, qui postea Pius II. Pontifex dicitur est, Legatus ab Eugenio IV. in Scotiam missus, & gravè jactatus tempestate, ex votis persolvendis, quæ inter fluctuatum æstus Virgini matri nuncupaverat, initium ejus morbi contraxit, qui dolore articulorum permansit ad vitæ exitum, glacie decem millibus passuum nudis pedibus ad phanum uique calcata, ut redire in oppidum non aliter quam læsticia poterit. Ioan. Antonius Campanus in ejus vita.

MOTUS GLACIALIS.

Naræ sunt lignæ quædam & oblongæ solæ, duorum triumve cubitorum longitudine, quibus in pedes inductis, baculo oblongo cum cuspidè suffultis, Moschi celerimè feruntur, aded ut nullo modo equi eos cursu assequi possint, quibus aperitas nivis, montes, cæteraque vix obstacula impedimento sunt. In nararum autem instrumentis currentes colles, truncos, foveasque facillimè transiliunt, hocque modo feras omni generis apprehendere & capere telis configendo solent. Guag. in descript. Moscovia.

SALTUS. SALTU QUI

VALUERE.

D A Græcorum quibusdam Cymbe dicitur caput. Unde Cymbachus nuncupatur is, qui in caput saliens, crura tenet iurta. Calvus lib. 3. cap. 23. Antiquarum Lectiorum.

HARALDUS pugil geminis baculis inter currentem innitens, crebris saltibus corpus concitabat, sic ut equos velocissimos cursu præteriret. Saxo Grammaticus.

Agri.

Circa quos consideranda. Primum

AGRORUM DEFENSIO.

Quere Divitiarum conservatio, verbo Divitiæ.

AGRI DONO DATI IN USUM PIUM.

Consulatur Tit. de Donatione Religiosa.

DATI IN PRÆMIUM FORTIBUS.

Vide Tit. de Belli Fortitudine, ejusque præmissis.

AGRORUM DIVISIO.

Vide Divitiæ.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

AGRORUM POSSESSIO.

Consule locum de Divitiis. Vbi & de carundem possessione.

AGROS VOVERE.

Ege Levitici veteratur, ne ager, per votum Deo consecratus, redimatur cap. 27. vers. 18. Unde dicitur Ager Cherem, à radice Charam, quæ excidere, & occidere significat. Unde votum Cherem, quod maximum erat; & de illo lex illa intelligitur, nempe de agro qui absolutè, & perfectè consecratione Domino vocabatur. Alioquin Agrum Domino simpliciter consecratum redimi potuisse, constat ex eodem capite. Vers. 11.

Ager autem hereditarius, quem hæres nolbat redimere, fiebat Cherem, ita ut amplius vendi non posset, aut redimi absolutè. Nam post quemlibet Jubilæum vendebatur: sed ita ut proximo Jubilæo rediret ad Sacerdotes.

REDIMERE.

JUDÆI agrum quem Domino voverant (non tamen voto Cherem, quod absolutum, ut maxime solemne, erat) redimere poterant. De qua re in Levitico dicitur. Juxta mensuram seminis æstimabitur pretium. Si triginta modis hordei feritur terra, quinquaginta siclis venderet argentum. Itaque pretium æstimabitur secundum mensuram seminis: neque solvebatur semel dumtaxat, sed per modum redditus quotannis decurrentis; minus enim vile pretium erat 50. siclorum, pro tanto agro qui 30. modios hordei caperet. Ita Abulenſis in hunc locum Levit. c. 27. vers. 16.

NON POSSIDERE.

Vetium erat Levitis, ne possiderent agros, Numer. cap. 18. vers. 20. In terra eorum, ait Deus ad Aaron, (loquitur autem de Hebræis fratribus eorum) nihil possidebitis: habebitis partem (hereditatis) inter illos; scilicet agros, vineas, prata, &c. Possidebant quidem civitates & suburbana, sed ad habitandum tantum, & alendum sua pecora, ut constat Ioseph 14. Unde & agri consecrati Domino, de quibus dicitur, quod redimi non poterant, & cederent Sacerdotibus, vendebantur singulis Jubilæis alicui ex illa Tribu, ex qua oriundus erat ille, cujus erat ager, & tunc eum Deo voverit, & obtulit.

SEVTHIÆ populi dicuntur nullos possidere agros, sed avia sectari, & depascere quidquid terra producat, & ita palantes, integras regiones absumere, ad quas redeunt, dum eas denud excrevisse arbitrantur: hinc & multivagas domos habere, omnesque possessiones suas circumferre, à Poetis describuntur. Ex lib. de moribus Gentium.

AGROS ADIMERE.

Vide Tit. Multæ, Consecrationis.

AGRI.

Steriles natura.

Tradunt, Azanæan regionem quampiam esse Arcadiæ, sterilem & culturæ inhabilem: in qua coloni multo sudore parum fructus referunt. Inde Azanæa mala dicta, ubi quis in re perdifficili & frugifera plurimum infumeret laboris. Erasim. in Adagiis.

Strabo lib. Geographiæ 8. scribit, Corinthios opibus & artibus egregiis præcelluisse, cæterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quod inæqualis esset, & aspera, ac petricosa. Eamque ob causam senarium hunc proverbio jactatum fuisse: Κέρως δὲ ὀρίεται το ἰς κολώνεται. H id est, Alibi tumet Corinthius, alibi cava est. Erasim. in Adag.

Apud Stobæum ferm. 55. extat Comici cujusdam locum in Agrum sterilem:

Εγὼ γ' ἴσθαι τὸν ἀγρὸν, δὲ ὅπως ὄρηθαι
Αὐτὸς μὲν, παρ' ἐμὸν δ' ἴνα, προσὺν ἀποκαυθῆται.
Σκῆψον δὲ αὐτὸς ὄρηθῆται, ἀπὸ τῶν αἰθρῶν.
Καὶ πάντα τοῖα πρὸς τὸ δῶναι ἰς λαβῆν.
Ὁ γ' ἰλασθῆται, ἰσθῆται δ' ἰσθῆται.
Ἀποστρεφῆναι ἴλαστον ἀγρὸν ἀγρὸν ἀγρὸν.
Ἐσπερα ἴ. κερῶν μεθ' ἡμῶν εἶπον,
Τῶν ἀπὸ τῶν ἰσθῆται ἀγρὸν ἀγρὸν ἀγρὸν.
Ὁ δ' ἰσθῆται ὄρηθῆται ἐστὶν ἀγρὸν ἀγρὸν.
Τὸ δὲ γυναικῶν σῆμα διατηρεῖν ἴσον,
Ὀνηστέρα ἴσθηται τὸ γυναικῶν.
Ὁ δὲ ἴσθηται ἴσθηται, εἰς ἴσθηται ἴσθηται.

Ego curo agrum, non ut nutriat ipse me, se ut alimentum à me capiat. Nam sódio diligenter, ac sero semper: denique nihil non facio, ut dem & recipiam. Ille verò capit quidem, nihil